

EXCELENTI

ERUDITIONE ET PIETATE
te prædicto Burcardo Mithobio Medicis
cinæ Doctori Adfini suo charissimo
gratiam & pacem per Christum.
Antonius Coruinus optat.

RECTE THALES MILESIUS IN-
terrogatus, quantum distaret a mendacio uer-
itas, respondit, quantum oculi ab auribus.
Quam multa enim, bone Deus, pro ueris iam uulgo
dicuntur, que & uanissima & prorsus a ueritate ali-
ena sunt? Quam nullus est mendaciorum finis? Et
prestaret profecto iuxta huius Thalctis Apophtheg-
ma, non prius uulgi rumoribus fidem habere, quam ea,
que paßim sparguntur, oculis contueremur. Conficta
per hosce dies fama est, in eam Hesia partem, quæ a
Cattis nomen habet, subitam hostium incursionem, qui
omnia populentur, factam. Brcnam obsidione cinctam,
& Mindam breui obsidendum esse, & alia pleraq;
qua falsissima esse res ipsa arguit. Hec dum mecum
reputo, non possum non respicere ad illud, quod Chri-
stus Matth. 24. inquit, Audituri estis prelia & ru-
mores preliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim
haec fieri, sed non dum fures. Esto sane, sint haec de ijs,
que excidium Hierosolymitanum præcedere debebant,

ditta. Quis autem nescit , extrellum illum aduentus
Christi diem cōsimilia mala praeceſſura ē? Quanq; enim
mendaciorum ubiq; iam ſunt plena omnia , tamen illud
pero uerius eſt, Papistus ſi quod conflare contra Lute
ranos bellum, coq; ipſo uel deuastare Eccleſias noſtras
in uniuersum, uel ſaltē remorari Euangelij curſum
poſſent , nullis laboribus, nullis ſumptibus, nullis pe
riculis pafueros eſſe. Et natura ita ſunt ſanguinarij,
Pſalmographo teſte ubi inquit, ueloces pedes eorum
at effundendum ſanguinem &c. ut conqueſcere, niſi
noſtrum aliquando ſanguinem hauiant, prorsus non
poſſint. Conſcripti etiam equites ac pedites , qui huic
illuc uaganur , metum ac , formidinem multis intui
unt, ut plane uereatur, certum bellum hoc aſtatis
tempore, utcurq; dimidiata abierit , Germaniam ha
bituram. Ego igitur cum ſciam periculofißima hæc
eſſe tempora, coq; Christia ūm in omniem fortunam pa
ratus eſſe oportere , Diſcolum hac de re luſi, quem
eibi ſuncupatum (ſiquidem coram iam tecum loqui
non poſsum) ad te mutto, orans ut quicquid id eſt ope
re boni consulas, & mecum contra omnes Satana in
ſultus forti animo ſis. Horrenda eſt ubiq; rerum facies
factoſ. Sed si Christus, id quod ſpero, ſue ecclie &
ſuo negotio dexter ac propitiuſ addeſſe dignabitur, iam
nihil tam horrendum eſt, quod uiftrix ueritatis & bond
coiſcientia non fortiter ſuperatura ſint. Bene mi Burs
arie Vale & me ana. Salutat te M. VValthernus Ho
ker Parochus noſter ualde amanter. Ex Patten
ſenio altero post Louvius Baptiſte, &c. 44.

SCARABEV. CORVINVS.



VID RIDES COR
uine : qui familiariter a
deo am̄cos aduenientes
excipere ſoles ? Cur non
dexteram aduenienti tuo
more porrigit ? CORVI
NVS. Enporrigo. SCA
RABEV. Reſte, Quid uero ſoliuſ ri
des in tāto totius Germanicæ ditionis tu
multuſ & Profecto enim riſus iſte tuuſ pla
ne eſt claus ueragnoſ, quemadmodum pro
uerbio dicitur. CORVI. Idem rideo
quod rideſ Democritus ſolebat. SCA
RA. Atqui is, quicquid uſc̄ agebatur,
ridebat, CORVI. Idem mihi quoq; iam
uſu uenit, praesertim uulgi ſtūticiam &
formidinem intuenti. Vulgiautem imo
eorum etiam, qui cum inter pocula alias
plane ſint formidabiles, iñ nunc ad unum
imminentis bellī nuncium ueluti conta
bescunt. SCARA. Formido certe muſ
torum animos non ab re occupauit. Et
quis ſibi a bello, quod ſemel omnia ſecum
mala trahit, non metuat. CORVI. Bel
li incomoda, quaſe fere maxima eſſe ſo
lent,

Ient, metuimus. Iratum propter peccata nostra deum non metuimus. Quotus quisq; enim est, qui in his rerum turbis de resipiscientia cogitet hoc enim præcipuum hic esse oportuit. SCARABE. Fateor peccata nostra, utrincq; horum tumultuum causam esse ipsissimam, nostris qui ab Euangelij stant partibus, in gratitudinis uitio plus aequo laborantibus, aduersarijs autem de suscepta semel tyranide nihil prorsus remittentibus. Cæterum ego officio meo hac in re non desum, populum indesinenter ad purioris uitæ studium inuitans et allitiens. CORVI. Istuc laudo. Et plane officiū tui ratio hoc ipsum exigit. Nam eos qui in hosce tumultus solum, et non in ipsas tumultuum causas desigunt oculos, ueluti de resipiscientia a pristiniis uitæ fardibus uel nihil uel parum sollicitos, merito rideamus. SCARA. Atqui huiusmodi peruersitas, lachrymas magis quam risum merebatur, id quod Christi exemplum, Hierosolymam intuentis & futuram illius eversiōnem præudentis, serio admodum nos docuit. CORVI. Non reclamo. Sed interim memineris, risus quoddā esse genus,

nus, quod etiam in eos, qui aut ira aut molestia discriuentur, cadat: quale est illud quod γέλωτα ταιδῶν proverbiali figura uocant. Et ego istā uulgi peruersam formidinem ita rideo, præsertim cum metus caussas agnoscat nullas, ut mihi sic ridingendo ipse etiam sim molestus. SCAR. Quid uelis iam nunc intelligo. Cum enim utrincq; peccetur, resipiscientia etiam utrincq; opus esse, quod hac sere ratione Deus iratus placetur, existimas. Ego tamen quoddam inter nostra & aduersariorum peccata discriminem esse iudico. CORVI. Quid ni? Aduersarij effera quadam malitia peccant, illuccsentem orbi ueritatem cum auersantes tum impugnantes. Nostri uero imbecillitate quadam peccant, non tam diligenter ad Euangelicæ doctrinæ præscriptum, q; res ipsa poscebat, uitam instituentes, quibus tamen indesinenter resipiscientiæ uia ac ratio ostenduntur, ne quis hic ignorantiam prætexere merito possit. Quanq; quid uerat, quo minus, quid quaq; in parte desideretur, inter nos confreramus? SCA. Nihil omnino. Et mihi huiusmodi collatio prorsus molesta futura non est. COR

VI. In nostris præsertim ijs qui ad rerū gubernacula sedent, semper desiderauimus, quod scis, accuratius promouendæ, semel receptæ religionis studium. Negligunt enim alio quoque & uerbū ipsum, quod uel in primis audiri, & nocturna & diurna manu uersari debebat, & ipsos etiam uerbi ministros, quos me hercle sordidius tractant, atq; unq; apud Papistas trastatisti sunt. Quod si etiā principes hic recta & honesta iussserint, tamen officiarios tum ea sere est cum malignitas tum impietas, ut neq; religionis neq; pastorum neq; ecclesiarum ulla cura tangantur. SCARA. Veriora hæc sunt quam ut negari possint. Interim tamen hæc accusatio in omnes ex æquo non competit. COR VI. Neq; ego omnes ex æquo accuso, sed tantum hac in re culpabiles. Huc adde, nimia subditorum grauamina, aleam, luxum, avaritiae malum, comessationes & compotationes adsiduas, uenationes, & fastum, cui omnes sere principum aulae obnoxiae sunt, intollerabilem. Reliqua ræceo SCARA. Iterum in genere eos accusas, opinor, quise huiusmodi uitij, non habita Christianæ conuersationis ratio.

ratione, contaminant. COR VI. Et quis imberentes incusare queat. De nobilibus autem nostris æque iusta accusatio instituitur. Hi enim usque adeo sunt Euangelici, ut totum uel septennium uel octennium, a sacrī corporis & sanguinis Christi communione, abstinere audeant, avaritiae, feritati, luxui, crapulæ, alcæ, scor tationi & rapinis ita dediti, ut Deum esse ne cogint quidem, id quod iterum de bonis haud quacq; dictum uolo. SCARA. Nobilitatis apud ueteres longe alia fuit ratio. Apud ueteres enim uirtute parabatur, non sanguinis iure constabat. Hinc Iphicrates Harmodio cuidam, generis probrum per conuictum obijtienti respondens, meum inquit, genus a me habet originem. Tuum uero in te desit. Nunc ut quisq; ad uitia præsertim crudelitatem est propensior, tanto habetur apud uulgum nobilior. COR VI. In ciuitatibus æque præcipites feruntur in uitia. Religionis & uerbi amorem iacrati, ad neglectum, & contemptum talium retum propensiissimi. Obedientiam erga magistratum prædicari audiunt, quam eates nus tamen quatenus ipsis conducibile est,

præstant. Quid dicam de corruptissimis
ciuitum moribus? Quanque hac in re alia
allam fere uincit. Et ut quæque est ad uolup-
tates & luxum instructior, tanto in omnis
generis uitia ruit facilior. SCARA. Nili-
acos intra muros peccatur & extra. Et
quod nusque non sit, boni istic malis, & ma-
li bonis admixti sunt. CORVI. Scio. In-
terim istos laudare haud possum, qui
cum Euangelij doctrinam re ipsa pror-
sus non curent, tamen sub hac umbra
delitescentes, fere ad rerum gubernacu-
la, plebeis stipati præsidijs, lese ingerunt.
Atque hoc hominum genus ita rerum
postea potitur, ut sub libertatis prætextu
quiduis & audeat & designet. SCARA.
Atqui his uitij, in plaricque ciuitatibus
obnoxij plaricque esse possunt, sed non in
omnibus hoc ipso laboratur. Necque tu,
qui ciuitatibus semper susti addictissi-
mus, in ea es, opinor, sententia, ut quod
in malos tantum competit, id de omnibus
in genere intelligi uelis. CORVI. Nihil
minus. De ihs enim tantum mihi sermo
est, quicum malii sint, tamen uitij suis
Euangelij doctrinam prætexunt. SCA.
RA. Cæterum quot uitij rusticorum
uul-

uul-
tuigus obnoxium est? Aut nulla hic
opus est querimonia? CORVI. Sæpe
me hoc hominum genus ad commisera-
tionem, considerantem quot & quantis
grauaminibus prematur, commouit. Et
profecto passim in hoc ordine sunt, qui
commissationem huiusmodi, partim
propter probitatem partim propter paus-
pertatem, merentur. Sed interim bona
pars sic affecta est, ut neque Deum times-
at, neque homines reuereatur, sed iumento-
rum instar, uitam quantumvis miser-
abilem transfigant, quibus quicquid in
concionibus dicitur, lapidibus & truncis
dicitur. Taceo hic concionatores, qui &
doctrina & uitæ sanctimonia alijs praेire
debebant. Nos inque, qui pro ueris doctori-
bus & gubernatoribus ecclesiarum ha-
bemur. Quot enim, bone deus, & quan-
tis interdum laboramus uel uitij uel ad-
fectibus? uel unus Coruinus, quantæ in
homine imbecillitatis testis esse potest?
Necque enim culpam in alios reiçendo, ip-
si mihi parsurus sum. SCARA. Quod
ad doctrinam adtinet, spero suum quenque
officium diligenter facturum, adeoque
paucos esse, qui culpari hic mercantur.
qui n

Quanq; negare non possum , homines
esse nos, eoz humanum quiddam inter-
dum pati. Nemo enim sine uitij s nascitur.
Et optimus ille est, qui minimis urgetur.
COR. Imo in iplis etiam interdu contio
nibus adfectibus nimium indulgetes, pec
camus. Plerosq; enim reperias, qui tum
se officio egregie functos putant, si stren-
ue in absentes principes, Papam, Cardi-
nales, Episcopos, Sacrifices, Monachos &
Nonnas uociserentur, cum concredit no-
bis ecclesia iam pridē Antichristum cum
suis creaturis nosse dūcicerint, & iam
nunc solidam & p̄iam doctrinam e sug-
gestu expectent . Huc adde quorundam
audacem inscitiam qui statim post The-
ologiae studium uix primoribus labris
degustatum, noxias opiniones concipi-
unt, quas ita etiam inculcant & retinent,
ut etiam admoniti redire in uiam dedig-
nentur, e quorum numero is fuit, qui a
Tobiae iunioris, sponsam non nisi tertio
die cognoscens, exemplo, praeceptum
desumpsit, quo omnes Christianos spon-
sos ne intra tres dies sponsas contingent,
teneri docebat. **SCA.** Atqui sc̄re hunc
oportuit, ubi manifestum uerbum desit,

ib⁹ exempla probare nihil, etiamsi interim
publice honestatis ratio ubiq; habenda sit.
COR. Laudo. Huc iam nunc adde uitæ
aliquot & couersationis uitia. Plærīq; tam
sunt ad rem intenti, ut etiam in auaritia u
ciūm incident. Atq; hi, quantumuis splen-
dido salario usque adeo non sunt contenti,
ut planc sint quod proverbio dicitur dolia
inexplēbilia. Plærīq; neglectis libris ada-
lios labores se adſufaciunt, Plærīq; genio
nimium indulgent. Plærīq; in cōtionibus
populare auram uenant, defixis in Persi-
anū illud oculis, Pulchrum est monstrari
digicis & dicier hic est, Plærīq; falsos fra-
tres agunt, ita Euangeliū predicantes, ut
interim omnes bonos, confictis falso cri-
minibus, insectent. Quanq; quo me rapit
orationis impetus! Breuiter dici poterat,
humanæ imbecillitatis & uitiorum plena
apud nos esse omnia. **SCARA.** Quid
igitur factō opus est? Nec enim resipis-
scentibus ad gratiam & bonitatē domini
aditus, occludetur. **COR VI.** Recite.
Principes nostri, quatenus culpabiles
sunt, agant penitentiam. Nobilitas ine-
piat esse quod audit. Ciuitates libertate
ita utantur, ut & Christiani interim sint,
& obes-

& obedientiam, quatenus hanc ipsam
debent suis magistratibus, non denegent.
Rusticana gens abiecta feritate, mittita
eem Christianam & obedientiam indu-
at. Concionatores non tam doctrinæ pu-
ritate, quam uitæ innocentia commissis
fidei suæ ouibus præeant. Breuiter.
Quotquot Christum & illius doctrinam
iactamus, confiteamur ex animo & libe-
re, quicquid hactenus uel per imbecilli-
tatem uel per negligentiam uel per deli-
diam, a nobis omissum & minus recte fa-
ctu est, dicentes, Peccauimus, iniquitatem
fecimus, impie egimus, & recedimus &
declinauimus a mandatis tuis ac iudiciis.
Non obediuiimus seruis tuis Prophetis,
qui locuti sunt in nomine tuo regibus no-
stris, Principibus nostris, Patribus nostris,
omnique populo terræ. Tibi domine iustis-
tia, nobis autem confusio facie i &c. Atque
huiusmodi confessionem ardens postea
oratio subsequatur, ita ut indesinenter
communibus uotis, communibus suspis-
rijs, ad Deum Christo mediatore adhibi-
to, clamemus ac uocisremur in hæc uer-
ba, Parce domine parce populo tuo, &
nihil des hæreditatem tuam in opprobrium

ut do,

ut dominentur eis Impiæ nationes. Qua-
re dicunt in populis, ubi est Deus eorum?
&c. Hac enim in re, si uere & ex animo re-
spicentes offitium fecerimus, dubium non
est, quin propter gloriam nominis sui &
nos exauditurus & contra sanguinarios
aduersariorum nostrorum conatus, cle-
menter defensuris sit. Et huismodi con-
fessio, cum tam ardentि inuocatione con-
functa, plus apud Deum & efficiet & im-
petrabit, quam si peccata nostra uel exten-
nuantes uel defendantes, de propulsanda
& submouenda iniusta uerbi plus nimio so-
liciti essemus. Hæc enim non omissa,
illa autem ante omnia facta oportuit.
SCARA. Consilium tuum Coruine ue-
re piuum est, ueluti etiam accusatio tua
paulo ante, qua culpabiles tantum non
bonos perstringebas, & que pia fuit. Quod
si hac in re & tibi & alijs concionatoribus
mos gereret, haud dubie bellici isti me-
tus facile conquiescerent. Imo cum inter
laxum iam & sacrum, inter spem & me-
tum hæreamus, ignari quid propter pec-
cata nostra de nobis diuina ira statuerit,
opus ante omnia huiusmodi resipisci-
tia & inuocatione est, nisi & in hac uita
infen-

Inferissimis hostibus nostris obñci, ac
ē im uxoribus liberisq; miserabiller trus-
cidari, & post hanc uitam æternum dam-
nari uelimus. Resipiscendo & invocan-
do auertere diuinam a nobis uindictam
possimus. Perdurando in commissis pec-
catis, effugere meritas poenas haud pos-
sumus. COR VI. Igitur unum hoc su-
per est, ut ex animo pœnitentiam agas-
mus, & diuinæ bonitatis aures inde sinens
cibus precibus, cum pro remissione pec-
catorum nostrorum tum pro mitigatione
ne imminentium pœnatum corporalium,
interpellemus. Hac enim ratione & nos
cum Deo patre nostro in gratiam redi-
bimus, & aduersarijs insultandi nobis oc-
casione omnem præripiemus qui iam
adiutore Satana, in cuius uerba, hoc est,
impiam doctrinam, iurauerunt, toti in
hoc sunt, ut una cum Euangelijs & puriore
doctrina funditus nos euertant & e me-
dio in uniuersum auferant. SCARA.
Magna fuit hactenus apud nos ingrati-
do, magna oscitantia, & magna ubiq; in
præstandis uere bonis operibus cessatio-
Fateor, At contra tanta etiam fuit apud
aduersarios contra uerbum tyrannis;

plane

plane spes sit, si nos ex animo resipisca-
mus, & ad receptam Euangelij doctri-
nam uitam ac mores conponamus, felic-
citer contra resipiscentes arma neutijs
sumptuos. COR VI. Rem profecto
acu tangis. Si quis enim Papistarum reli-
gionem ac conuersationem penitus in-
trospectat, iam talis uitiorum Camarina
istic adparebit, quæ Sodomorum etiam
impietatem ac uitæ fordes, longo post se
interuallo, si collatio hic instituatur, re-
licitura sit. Et Papatus quid est aliud, atq;
omnis impietatis, omnis idololatriæ, om-
nis blasphemiae, omnis deniq; turpitudi-
nis & malicie receptaculum? Atq; hic
usque adeo pœnitentia nulla ducuntur,
ut Dei etiam ipsum in coelis rideant, tan-
tum abest, ut relictis impijs dogmatibus
ad Euangelij doctrinam accessuri sint.
Quoties etiam optimum Cæsarem, to-
ties ac tam anxie religionis caussas agen-
tem, tumultus huius rei gratia exortos
componere molientem, deq; instauranda
apud Germanos pace sollicitum, ludifi-
cati sunt? Sed fortassis putant, se & in ter-
ris regnum habituros & postea etiam cœ-
leste imperium obtenturos, qua tamen in-

B

re

re spes huiusmodi longe omnium uanis-
ma certo eos frustrabitur. SCAR. Pon-
tifax Romanus istuc haud dubie futu-
rum somniat. Qui ut ipse omnium, quot-
q; uiuunt, est & imp̄issimus & pessimus,
ita sodalitum principū aliquot, nobilium,
ciuitatum, sacrificiorum, monachorum
& nonnarum habet, quo nihil cōtinet hic
orbis uel contaminatus uel corruptius.
Impia docent, impia recipiunt, impia cre-
dunt, impia defendunt. Breuiter, propter
impia doctrinam, impios cultus, deni-
q; propter retinendam totius status sui
imprietatem cœlum terræ miserent, si a
Deo primum, deinde a Cæsare, cuius
animum idem Deus ad moderata ac pa-
cifica consilia clementissime hactenus
flicxit, permitterentur. COR VI. Cæsar
optimus talem se hactenus, in conseruan-
da Germaniæ publica tranquillitate, ges-
tit, in piorum gratiam Deo animum illius
huc inclinante, ut culpari non mereatur.
Bona etiam spes animum meum habet,
sore ut perpetuo sui hac in causa similis
maneat, neq; unq; sanguinaria Papista-
rum consilia sequatur. Sed uides interim,
ut Papistæ iam gestant: ut subsiliant:
ut in-

ut internatione nobis minitent: ut triun-
phum, quasi iam dehellatum sit, adornent:
Pleriq; somniant, quem nescio accisis ipso-
rum rebus ad futurum Camillum, qui
iam uictoria signa huc illuc circumferat,
ingentes imo innumerabiles secum copi-
as ducat, & breui totum Papatum, deles-
tis ad internationem Luteranis, instaura-
turus sit. Alij autem qui & cordatores
inter eos & prudentiores sunt, magnam
quidem spem conceperunt, sore, ut res
iporum melius habeant, sed tamen toxi-
us Luteranismi, nisi Cæsar omnibus ner-
uis negotium hoc agere incipiat, interi-
cum, pollicerisibi non audent. Atq; hinc
ista apud eos oriuntur ante uictoriam en-
comia, Quasi uero ecclesiæ suas Christus
eueri non possit, etiamsi totus orbis in
illarum perniciem conspiret. SCARA.
Substitit hactenus contra omnes Satanæ
insultus immota ueritas, idq; non aliter,
Quam si dura silex aut stet Marpesia cau-
tes. Quare nullus dubito, quin in poste-
rura quoq; omnes aduersariorum contra
hanc suscepti conatus, irriti futuri sint.
Idem enim Deus, cuius prouidentia ad
hunc modum propagata est, ad huc uiuit,
eadem potestate atq; antea conspicuus.

Fremant interim gentes , meditentur in-
ania populi , conferant operas suas reges ,
Conueniant & consultent inter se princi-
pes Solus ille cuius causa hæc propria
est , omnia illorum consilia , omnes cona-
tus , omnes machinationes , modo nos in
uiam , ut dictum supra est , redeamus re
ipsa quod ore profitemur præstantes , ita
dissipabit & uentis committet , ut omnis
bus contra suam opinionem certo sint sus-
tuti opprobrio & ludibrio COR VI.
Imo educant (nobis resipiscientibus) etiæ
exercitum & copias , Forsan enim uisuri
& re ipsa tum sensuri sunt , quid si theos
machian suscipere contra cœli terræq; do-
minus Nam fere hic sit , quod in Thres-
nis Ieremiæ ca. 5. legitur , Defecit gau-
dium cordis nostri . Versus est in luctum
chorus noster Cecidit corona capitis nos-
tri . Væ nobis quia peccauimus . SCA-
RA Nihil falleris Habemus enim ma-
gna & multa huius rei in Biblijs testimo-
nia Vel unus Syria rex Benadab , qui
uniuerso Israeli , ingentibus cum equitum
tum peditum copijs stipatus , exitium mi-
nabatur quam fœde , quam turpiter , ad-
missis uno die centum milibus Syrorum ,

In fugam actus est : Quam fuit uana con-
tra populum Dei iactabunda Bachidis in-
cursio : Quam fuerunt nihil Holofernisi
minæ : Quam cito terror ex tanto exer-
citū ortus conquieuit : Atq; hæc profecto
propter nos , modo uere Christianos aga-
mus , scripta sunt . COR. Probe . Quod
si etiam aduersarij ueritatis impetum in
nos aliquem fecerint , ut alias saepe fa-
ctum est , tamen si nos & ex animo resi-
piscamus , & ardentibus uotis domini aux-
iliū indesinenter imploremus , iam im-
petus iste , non aliter atq; puluis a uento
huc illuc proiicitur , subito euaneget . Scio
quid huius per hosce dies in hac nostra
ditione , eum rusticanus iste tumultus
tam subito oriretur ipse & uiderim & ob-
seruarim . Seditionem Satanas , si fortal-
sts remorari receptam Euangelijs apud
nos doctrinam , uel ad minus odiosam
reddere posset , moliebatur . Male enim
eum habebat , regnum suum a principe
uidua Elizabetha , quæ uere Delboram
hunc in rebus hactenus egit , tantopere
labefactari . Et quidem principio , cum
concurrerit istæ rusticorum tam subito fie-
ret , plane fuit horrenda rerum facies . Cæ-

cerum Christianissima domina , ad diuinum auxilium & preces conuersa , quicquid id erat terroris , paruo admodum equitum & peditum numero adhibito , ita dispulit , id est intra biduum uel triduum , ut uix huius tumultus uestigia supersint . Quis hic non fateatur , sedationem horum tumultuum , diuinæ bonitati , quam precibus nostris interpellare non destitimus , acceptam referri oportere ? SCA RA . Et tamen interim sunt , qui illustrissimam principem horum tumultuum , ut quæ emissis equitibus rusticis irritarit , caussam faciant COR VI . Atqui illa hic extra omnem noxam est . Et maliciosi prorsus sycophantæ sunt , quotquot de illius clementia mendacium huiusmodi comminiscuntur . Evidem emissi consiliarij cum equitibus aliquot sunt . Fateor . Emissi autem sunt , ad redigendos in ordinem rebelles & seditionem summis nervis : id quod probari potest , molientes , non ad obedientes irritandos , quemadmodum rumor a malevolis falso sparsus est , Atque ad hanc uindictam lento admodum gradu processit . Totum enim biennium orando , obsecrando , urgendo , minando ,

nando , si fortassis ut offitium facerent , induci possent , antea consumptum est . qua in re , cum clementia nihil prorsus promoueretur , tandem inenitabili quædam necessitate ad id remedij per Consiliarios itum est , qui ne ipsi quidem , cum magistratus gladium contra seditiones & rebellies gestet , hic culpandi sunt . Quod uero optima & Christianissima princeps , propter exactiōem male audit , plane præter illius meritum sit . Et ego hac de re per hosce dies ad amicum quendam scripsi in haec uerba , Principio quoad ad ex actionem atinet , scio & uere dicere possum , optimam principem summa erga miserios subditos commiseratione tangi & adfici , adeoq; perpetuo , ut tandem finem aliquem huiusmodi grauaminum haec distio habere possit , in uotis habere . Et si creditores , ut ab urgendo , criminando & minando abstinerent , induci ac persuaderi possent , promptissimo animo & ipsa ab exigendo quietura esset , id quod mihi ex illius ore saepe auditum est . Quia uero creditores clementiae illius ita negotium facebunt , debita reposcentes , ut hostilia etiam , nisi creditum æs recipiant , denuncient ,


cient, ex actionem & ipsa urgere, nisi ultro
neum in hanc ditionem bellum accer-
sere uelit, ineuitabili quadam necessitate
cogitur, in quam etiam per prælatos, pri-
mores & ciuitates huius ducatus (maio-
ribus ciuitatibus exceptis) præsentibus
tutorum legatis consensum est, ne quis
puret optimam principem auaritia du-
ctam & nulla necessitate coactam hæc fa-
cere. Proinde cum certo sciam, clemen-
tia illius culpa tantum alieni æris consta-
tu nō esse, & autorem huiusmodi debito-
rum in domino defunctum iudicem de-
um habere, luctari cum laruis. ueluti
prouerbio dicitur, nec licet nec libet. Et
forsitan optimus princeps, si uiueret, hone-
stam hilce de rebus interrogatus rati-
onem reddere posset. Præterea opti-
timam uiduam incessere hic petulantis-
bus concionibus, ut quæ summam tan-
tum tutricem & reconomam hilce in
rebus, ad legitimam iunioris principis
ætatem usq; agat, nec possimus sure
nec debemus, præsertim cū no clemen-
tia illius culpa hic, sed ineuitabili neces-
itate, ueluti supra dictum est, peccetur.
SCARA. Huiusmodi defensionem quæ
profecto

profecto pondus habet, multis cogni-
tam esse oportuit. CORVI. Scio mul-
ta alia ab aduersarijs in illius clementi-
am paſsim confingi & spargi, sed cum
tam crassis, manifestis, impudentibus
mendacij coniuncta, ut existimem ip-
sum Satanam talium mendaciorum au-
torem esse. Quare etiam idem Deus,
cuius prouidentia & bonitate, & alias
ſæpe & in istis nuper exortis turbis cer-
to defensa est, pari eam bonitate in
posterum quoq; contra rumores huius-
modi falsissimos tuebitur. Et ego in com-
memoratione huius exempli hoc tantum
indicare uolui, permittente Deo & au-
tore Sathana multa ſæpe pericula ob-
oriri, ingentem metum ſecum adherentia,
quæ tamen, si nos resipiscamus ad deum
pro auxilio confugientes, ſubito euane-
cant, & plane in fpongiam, ueluti dicitur,
incumbant. SCARA. Quid uero si in
cœlis decretum sit, ut a domo dei iudi-
cium incipiat, & peccata nostra puniri
corporali aliqua poena debeat? COR-
VI. *τι οὐ ποὺς ἐμπέσω: id quod certo tan-
dem futurum est?* Parandus & in hanc
fortunam est animus, diuina uoluntas

expectanda, & fidei oculi in Euangelicas promissiones perpetuo desigendi. Poenitentibus enim uere, & ad Euangelicam doctrinam uitam componentibus, nihil tam subitum aut repentinum aut inopinatum accidere poterit, quod absq; noxia consternatione ferre non queant. An non certam mortem nobis propositam esse scimus? Et quid refert, quo quis mortis genere occumbat, modo in Christo & propter Christum occumbat? Fungamur nos egregie offitio, nihil addubitantes, quin uerum sit illud Paulinum: Siue uiuimus, siue morimur, domini sumus. Quid quod hue nondum uentum est? SCARA. Et ego spero Papistas, turdi instar malum sibi ipsis cacaturos, Nisi forte falsum istud Psalmographi esse existimandū sit, Dissipa gentes quæ bella uolunt. Certe nostri nihil æque atq; pacem expertunt, quam etiam obuijs ulnis, quod dicitur, si detur, excepturi sunt. Quod si ex pententibus hæc ipsa denegabitur, age, siat uoluntas domini. CORVINVS. Idem ego dico. Si sic deo enim in coelis uisum est, quis uoluntati eius resisteret?

listet? Sed me alio uocant negotia. Posthac copiosius hisce de rebus consabulabimur. Proinde uale & ad ardentem ac iugem in ecclesia tua orationem accingere. Ego ut in reliquis huius ducatus ecclesijs idem siat uidero. SCARA,
BE VS. Laudabis diligen tiam & ipse quoque ualebis,

FINIS



HANNOVERAE EX OFFICINA
TYPOGRAPHICA HENningi Rudeni.

M. D. XLIV.

